

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

5. De Dispositione oratoria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ad totum perlabitur: ut cum ab elementis Rhetoricæ ad confederationem integræ artis concurrat, similiter in partibus generis, prius temperantie partes, & momenta, quam ipsum genus, considerat. Denique principia enumerationis, prius quam enunciationes, media ante finem explicat.

Tertia est definitiva, ex virtusque temperie conflata, fitque cum res in genere primum definitione explicatur, deinde in partes, siue species tribuitur, quæ & singule descriptionibus, proprietatibusque suis illustrantur; ut cum de optimo genere diceandi distinzione, quale sit illud imprimis constituimus, mox varia genera, & species ad ubiorem intelligentiam complectimur: que methodus, in tradendis disciplinis optima censetur.

#### De dispositione oratoria.

C.A.P.V.T. V.

*Dispositio* **D**ispositio oratoria primum iuxta tria causarum genera, deinde secundum partes, *in consulea* & corpus orationis spectanda. In consultatione, & iudicij, vbi res manu fermè ducunt oratorem, dispositio facilitior est, & hæc fermè obseruantur.

1. Si quæ sunt ab aduersarijs proposita, & iam contra nos intonata auditorum prædictio, magnopere laborandum, ut hac initio refellantur, cum præsertim tota oratio nihil ponderis esset habitura, si quis aduersus estimationem nostrâ scrupulus libesset. Hoc Demosthenes, hoc Cicero, hoc cæreti oratores accurate obseruant.

2. Naturaliter ferè ordine omnia secundum hanc faltem rationem componiuntur, ut prius fulcias sequens, quemadmodum in mathematicis probat onibus decem ex nouemprioribus dependent.

3. Si animi malè affecti mediocribus rationibus persuaderi non possunt. Primo robustissima quæque proponuntur, quibus veluti impressa opinio, maiori impetu conuallatur, & quasi validus cuneus validiori cuncto trudatur.

4. Si auditorum animi rationes perferant, & expertent, sedata & molli insinuatione, leuiora aliquando subiçuntur, quibus gradatim ad maiora ascenditur, vel etiam sparsim collatis argumentis dimicatur. Sed hoc in mag-

na causa fiducia, & aduersariorum imbecillitate, quos contemnentes, per leuicula arguementa, quasi fustibus, non iustis armis expugnamus.

5. Quod visitatissimum est, robusta initio, quasi hastati milites, robustiora in fine, non secus, ac triarij ponuntur in ualida, quasi imbellis turba, in medium coniiciuntur.

Vbi vero plures quaestiones, aut facta discutienda occurunt, nisi circumstantia aliquid praescribant, grauiora priori loco, calentibus attentione animis, dici oportebit, maxime si ab ijs consequentia approbari, illustrative possint.

In laudatione, qui viram gradatim narrare *Dispositio* solet ordo, censetur nimis olere scholam, sa- in laudati- tius est orationem in certa virtutum capita *cne.* parti, & res gestas non ordine naturæ, sed artificiali recensere. Haec secundum diuersa orationis genera, de quibus plenius suis locis.

Quod ad partes attinet, præter exordium, succedit narratio, aut propositio, quam excipit confirmatio, & hanc claudit peroratio, quanquam in eo pueri, & rudes vehementer errant, qui putant nunquam esse iustum orationem, nisi haec omnia secundum tritias, & communis Rhetorum regulas fuerint religiosè seruata. Ratio, & prudentia eloquacia totius anima, pro rerum, locorum, & temporum opportunitate multa mutat, addit, succidit, & spectat, non quid scola, sed quid aures auditorum ferant.

In exordio plerumque is seruatur ordo, ut rerum dicendarum propositio præmittatur, cui ratio succedat.

In narratione, & expositione oratoria, si nihil aliud obstat, naturalis temporum ordo seruandus erit. Verum si primæ narrationis partes paulo duriores fuerint, reliqua vero gratiore, & magis ad rem nostram, non erit alienum ab ijs, quæ benignius audicatur, occupare animos: vel si fastidiosa aures nullas insinuationes ferant, grave esse debet, multa præcidere, & id ea, quibus causœvis, & notitia continetur, statim deuenire.

In confirmatione iudiciali, & deliberativa, qualis esse debet dispositio, ex ijs, quæ superius dicta sunt, liquet.

In chrisi moralibus, & eruditis orationibus, præclarè instituenda est propositio, ut non subluctet oratio in ista locutæ, exempla vnde- *Chriarum* *Orationis* *moralium* que, aut dicta, aut fabulas occupans, sed fusio- *dispositio*.

*Argumentum*  
*rationis dispositio*

scopum recte collinet.

Exordium graue esse debet, & rem potius spectare, quam personam, & postea dicetur.

Potius exordium multum dignitatis habet grauior quidam discursus sumptus à genere maxime proprio rei, quam tractamus, quod ad speciem commandus pateat ingressus. Sed is debet esse breuis, & in re communi rarus, ut si mihi de Diuī alieuius laudibus dicenti proponatur hic texus? *Erat lampas ardens, & lumen: Vestibulum orationis, & quasi propylaeum commodè fieri poterit, & lucis præstantia, & dignitate. Sed prouidendum, ut ornatum sit, & parcum, neve, quod plerique inconsulte faciunt, laxius sit tota domo.*

*Hoc præmisso grata concinnitate ad orationem fiet decursus, à luce corporis, ad lucem animorum, & sanctitatis. Deinde, ut hic texus suggestus, oratio in duo veluti brachia discriminabitur: nam & atque charitate, & sapientia luxisse ostenderur: quod ardere, ut ait D.*

*Bernardus, parum sit; lucere, vanum; lucere, ardore per-*

*& ardore perfectum.*

*Argumentum. — Ut quæ à genere, definitione, partium enumeratum ordo, meratione, causis, effectis, principem locum obtineant.*

*Remota, ut historiz, & testimonia, cum artificiois eleganti suavitate contempnerentur.*

*In peroratione, si reperantur; & verbis, & sententijs, & nonnihil etiam ordine varian-  
da; ubi nullus præmititur discursus, extatamen-  
tum semper aliqua propositio generalis, in  
qua, ut arbor in lemme, sic tota inclusa sit o-  
ratio.*

#### De exordio in genere.

An Exordium sit pars orationis necessaria.

#### CAPUT VI.

**N**unc orationis partes aggrediamur, quan-  
rum numerum constanti omnium Rhei-  
torum scientia firmatum, nihil attinet in  
discrimen reuocare. Quanquam non ita  
res intelligenda est, cam continuo mancam  
esse orationem, que ex quatuor hisce par-  
tibus, exordio, narratione, confirmatione, &  
peroratione non coauerit. Pleraque enim  
partes nonnunquam amputandas esse docet

prudentia, quas si intrudere coneris; defor-  
me potius corpus facias, & inutile, quam  
quicquam roboris, & gratia conciles.

Et, ut ab exordio incipiam, dici non po-  
test, quanz sit in hac parte ex preceptorum  
redundantia incipit, quamque ignoranteri-  
rubetur à multis, qui veteres scholæ cantile-  
nas scrupulosis obseruandas purant, ubi ni-  
hil opus est, imò i ipsa penè reclamante, & exordi-  
nauleantibus auriculis, longo verborum  
circitu communes, & frigidis exordij mo-  
dos ingerunt. Venimus in id penè tempus, ri-  
bi virtus Arcopagitum lex renouanda sit,  
qui dicere iubebant oratores sine exordio.  
Quosum enim illi ambitus, & rot verborum Exordiū  
phalerz, ut benevolē audians? ut benevo- prolixius  
lentiz officit tua garrulitas? Non verbis, fugienda  
aut nugs, sed sapientia, & virtute, quæ sunt animorum *virtus &*  
*sapientia*. *animorum*  
Quid quod, aut sermo est in concione la-  
cra, ubi conciliatricula illa animorum in gra-  
ui præfertim persona delimitio, virtutum est  
haut mediocre. Aut apud viros negotiosos,  
prudentes, politicos, qui non titillantur ver-  
bulis, sed longe alii habent benevolentiz fun-  
damenta: aut etiam in demonstratio genere exordia  
versatur oratio, sed & hic benevolentiz tan-  
tum colliges, quantum industria merueris.

Deinde, si nemo erga te male affectus est,  
imò, ut spē fit, labenter audiunt, amant, sus-  
cipiunt, quosum in parergis benevolentiz  
Iudes diutius?

Rarò omnino occurunt occasions, rbi  
in istis profusionibus sit immorandum, si  
tamen occurant, si male affecti fuerint audi-  
torum animi, si aliqua suspitione præoccupa-  
ti, quæ in Oratoris detrimentum manate pos-  
sit, tum locus benevolentiz, ut res, tempus, &  
prudentia suggeret, percurrietur.

At vero attentione opus est: verum, ut  
attenderent, venerunt auditores, & in principijs  
aures arrectæ sunt: vel maxime, si res placuerit,  
attendent: sin autem levia quæque, & fri-  
uola sis dicturus, frustra *terrors* pax uox,  
& Persarum montes aureos pollicebere. Plus  
authoritas, plus res ipsa, plus verbum com-  
mode, & *inspiratio* dictum parat attentionis,  
quam longa processio.

Locus docilitatis videtur magis necessa-  
rius, sed & hic paucis pertexendus est, ne-  
dum vis dociles facere auditores, incipias  
diuisionibus, & subdivisionibus confun-  
dere.

Quid